

Mosaici nell'alto Adriatico



Ecclesiastico ed erudito, Giuseppe Alessandro Furietti (Bergamo 1684-Roma 1764) partecipò, negli anni trascorsi a Roma presso la corte papale, alla riscoperta dell'arte classica e alla nascita della moderna archeologia, conducendo importanti scavi nella Villa Adriana di Tivoli. Il suo particolare interesse per il mosaici si concretizzò nella stesura in lingua latina del trattato De Musivis ("I mosaici") in cui, incrociando fonti antiche e moderne, ricostruiva la genesi e lo sviluppo di questo particolare linguaggio e ne classificava materiali, tecniche e applicazioni, dall'antichità fino al proprio tempo. La contiguità tra mosaici pavimentali e parietali, il loro andamento avvolgente, del tutto diverso da quello della pittura da cavalletto, è un dato che attraversa tutto il libro di Furietti. Lo si ritrova anche in questo passo, che magnifica l'interno della Basilica di San Marco a Venezia quale era possibile vederlo a metà del secolo XVIII. Traduzione e titolazione nostra, da G.A. Furietti, De Musivis, Salvioni, Roma 1752, pp. 96-97.

Ricordiamo altri due pavimenti, di cui il primo è all'interno della Cattedrale di Torcello nella laguna di Venezia, il secondo invece ad Arbe [\[1\]](#), una delle isole della Dalmazia, nella Chiesa di San Giovanni del Padri Minori Conventuali, dove resta ormai solo qualche traccia dell'antico pavimento. A questi aggiungeremo l'altro mosaico, che orna il pavimento della Chiesa di Santa Maria Maggiore a Vercelli, in cui è rappresentata la storia di Giuditta e Oloferne.

Riteniamo tuttavia che il pavimento decorato con maggiore eleganza, e superiore a tutti gli altri, sia quello posto in opera nella Basilica di San Marco a Venezia, dove si vedono animali, piante ed altri ornamenti raffigurati dai mosaicisti con arte meravigliosa, e mentre la parte bassa della Chiesa è tutta rivestita di marmi, quella alta è ricoperta di pietruzze dorate, e vede alternarsi immagini con storie del vecchio e del nuovo Testamento realizzate a mosaico finissimo, delle quali Sansovino [2] dà ampia descrizione, ed essa pure si può ammirare ancor oggi.

[1] L'odierna Rab [ndr].

[2] Si tratta di Francesco Sansovino (1521-1586), autore di *Venetia, città nobilissima et singolare*, Giacomo Sansovino, Venezia 1581 [ndr].

In alto: Anonimo, Ritratto del Cardinale Giuseppe Alessandro Furietti (particolare), 1760 circa, olio su tela, Bergamo, Biblioteca Angelo Mai (Danielkwiat/Wikimedia Commons). Sotto: riproduzione delle pagine 96 e 97 del libro di G.A. Furietti "De Musivis", Salvioni, Roma 1752.

lis, vel fictis lapillis intecta, ut ex Anonymo Ticinensi, si-
ve Aulico ob longam ab eo moram Avenione habitam apud
Joannem XXII., qui anno circiter Millesimo tercentesimo,
ac vigesimo octavo laudes Papiæ extollens, inquit (a): *Plu-
res Ecclesie pavementum habent minutis lapillis stratam, ex qui-
bus per diversos colores historiales imagines, & literæ sunt for-
mata, ut refert Muratorius (b)*. Alterum adhuc sua ætate
extans pavementum ex his profert Ciampinus (c) in Ecclesia
S. Michaelis Ticini rudi constructum manu, in quo sacræ,
prophanæque cernuntur imagines, atque in illius medio varii
sunt circuli, qui labyrinthi medietatem formant, in cujus
centro Thesei nota fabula exprimitur, sequenti adjecto car-
mine:

., Theseus instravit, monstrumque biforme necavit.

Labyrinthus huic similis in pavimento adhuc visitur Ec-
clesiæ S. Mariæ Transtiberim prope Sacrarum januam, ut
prius animadverterat Ciampinus. Alia bina pavimenta enu-
meramus, alterum, quod in Venetiarum Æstuariis in Cathedra-
li Torcellarum Ecclesia adhuc manet: alterum verò Ar-
beni in Insula, quæ una ex Dalmatiæ Insulis est, in Eccle-
sia S. Joannis Patrum Minorum Conventualium extans, ubi
nonnulla antiqui pavimenti vestigia vix supersunt. His aliud
addendum Musivum putamus, quod Ecclesiæ B. Mariæ Ma-
joris Vercellis pavementum exornat, ubi Judithæ, & Holo-
phernis historia exhibetur.

Elegantioris tamen cultus, ac cæteris omnibus præstans
pavimentum afferimus, quod in D. Marci Templo Venetiis
compactum est, ubi animalia, arbores, aliaque ornamenta a
Musivariis mirabili arte depicta conspiciuntur, atque superna
Ecclesiæ pars, quoniam inferior marmoreis est tota crustis
intecta, auratis lapillis obducta, vermiculatis imaginibus in-
termiscetur veteris & novi historias Testamenti referentibus,
quas

(a) Cap. 11. de laudibus Papiæ.

(b) *Ref. Italicar.* tom. 11. c. 11. p. 19.

(c) *Vet. Monim.* part. 2. cap. 2. p. 4.

quas late describit Sansovinus (*a*), atque hæc eadem nostra adhuc ætas admiratur.

Circa hæc tempora compositum fuit Musivum opus, quod Florentiæ visitur in *Opera apud Ædiles*: lapillis constat albis, rubris, cæruleis: tabula est fere ad brachii mensuram: in superiori parte Urbs est Florentiæ, mediamque tenet Metropolitanæ Templum: parte ex alia collis est arboribus confitus, casa ibi, & homines pedites, equitesque: inferiore tabulæ partem implet S. Zenobius Episcopus Pontificali veste indutus, barbatusque: mitram habet in capite gemmatam, aureoque splendore circumdatur, chirothecas habet rubras, & annulos in utraque manu, una tres digitos erigit, ut benedicat, altera Pastoralem baculum gestat ornatum gemmis; temporis injuriâ deformata aliquantisper est tabula, licet restituta fuerit. Cum desit ad Metropolitanum Templum Turris Campanaria, quæ constructa fuit anno MCCCXXXIV., argui potest opus fuisse compactum ante illud tempus, sed quoniam dubia res est, nihil certi statuimus.

Urbem verò parum Musiva hoc tempore frequentasse in causa fuit diuturna Pontificum absentia, qui, LXX. annorum spatio Avenione morati, parum curæ ad sacras ædes, publicaque ædificia reparanda contulerunt, si Urbanum V. excipias, qui tollendæ Templorum, Urbisque deformitati, quam lacrymabili epistola apud eundem Pontificem Petrarcha desseverat, animum nonnihil intendit (*b*). Musivariam tamen artem etiam sub Joanne XXII. in Urbe excultam fuisse habemus ex Bulla ejusdem Pontificis, qua piorum largitiones S. Pauli Basilicæ oblatas in Musivorum reparationem Pontifex erogandas concessit (*c*). Eoque magis sub Benedicto XII, ut narrat Turrigius (*d*) ab excellenti Pictore, & eximio Musivario Angelotto Bindonio Florentino, per apocopen *Jotto* vocato,

N

vocado,

(*a*) Descrizzi di Venezia lib. 1. cap. 1. & seqq.

(*b*) Epist. prima rerum Senilium lib. 7. ad Urbanum V. Pontificem.

(*c*) Ex Archivo Monasterii S. Pauli Urbis.

(*d*) De Crypt. Vatican. par. 1. pag. 62.

